Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Ratispona insignis et memorie digna urbs ac libera ad ripas danubii sita / a Tiberio Nerone condita Anno quo Christus Jhesus pro salute generis humani passus est / Bavarie olim metropolis / Hanc regionem antiquitus Norici tenuere / Cuius adhuc portio transdanubiana sita noricum appellatur / Noricis autem baioarios successisse / Et cum reperiam vetustissimos codices hanc baioariam appellant / quam moderni bavariam dicunt / Et a boiis baioariam nomen descendisse persuasum est / Cum Strabo vires adhibet Romani baios gallorum gentes e finibus eiecerunt / inde migrantes circumiacentes hystro loco cum Thauristis habitarunt / Constat igitur eos in panonia consedisse / et inde facile in Noricum continuam regionem migrasse / Quamquam olim deserta ut Strabo tradit nunc cultissima est / magnas et ambitiosas civitates habens et oppida nobilissima / Ratispona vero ornatu ceteras excellit. Pontificales urbes in ea quinque sunt / Quarum nunc metropolis est Salczburga vocata ex flumine cui adiacet / Veteres Juvaniam vocavere / Ratisponensis autem Episcopatus olim clarissimus fuit / Cui et tota bohemia subiecta erat / hec urbs septem nominibus insignita fuit / Quibus in suis Iuribus et libertatibus claruit / Primo a suo conditore Tiberina vel Tiburina dicebatur / Tiberius enim livie Augusti et Neronis filius / Et ipsius augusti privignus quem cum Augustus in filium adoptasset mox magno exercitu comparato contra noricos et vindelicos misit / ~~Qui cum~~ qui eos in prelio superavit et hanc urbem apud noricos edificavit / Secundo urbs quadrata longo tempore dicta / Cum ad quadratam figuram et quadratis lapidibus magnis muro circundata fuit uti in reliquiis veterum murorum retro sanctum paulum cerni potest / Tercio hyatospolis ut hyaspolis ob rusticitatem populi agrestis / Cum ore hiante ut rurales faciunt verba hyantia proferebant / Vel ab hyantium aquarum propinquitatem confluxu / Cum danubius Naba et ymber tria flumina in latere aquilonari confluant / Quarto ~~Germensheim~~ a populo germanie qui ea frequentare solebant / Vel a germanico qui civitati prefuit / Quinto Reginopolis ob frequentes conveniendes principum et regum / ut hodie Arce turres ac excelsa edificia magnatorum ostendunt / Sexto ymbripolis a flumine / Cum ymber fluvius septemtrione versus in danubium fluit / Et vernacula lingua hoc nomen Regenspurg adhuc servat. Cum in tali confluxu olim civitas incepta fuit. Septimo Ratispona dicitur / Cum rates ob mercimonia et tempore Caroli magni ad bella ibi confluebant / Et tamquam firmiter sita et edificiis roborata hodie Ratispona appellatur / Danubius autem fluvius germanie maximus qui et hister dictus ut plinius habet germanie iugis oriens / monte effusus qui rauracos gallie aspectat / Sexaginta amnes in se recipit. Fere omnes navigabiles hanc urbem insignem preterfluit / Et firmissimo ponte lapideo plurimorum arcuum Civitatem cum suburbio iungit. De quo scribitur. Pons fieri cepit dum annus incepit. Mille centenus

Regenspurg